Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0001-4

Misc. 250.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0004-1

# Latinum ydeoma Magiſtri Laurencij Coruini Nouoforenſis. ab innumeris fere mē dis quibus antehac ſcatebat: penitus exemptum

Hic puer ignarus lingue cupiduſq; latine
Perlegat eloquij ſemina prima ſui
Ad decus exculti verum ſermonis iturus
Eſt opus aſſueſcat vera latina loqui
Nam tenero quales didicit quis gutture voces
Annoſo tales edit ab ore ſonos
Vimine que recto ſurgens adoleuerit arbos
Erectum tollit pulchra ſub aſtra caput
Florida ſic etas lepidis imbuta loquelis
Fatur melliſluis verba diſerta modis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0005-6

# Latinum ydeoma Laurencij Coruini Nouoforensis. et loquuntur in primis ſcolares de libertate eis danda.

## Paulinus Eurialus Petronius.

Vis hic ſcolaris eſt: quem huc aduenientem conſpicor: Eurialus certe eſt. heus heus Euriale Euri. quis me vult: Pau. ades huc Euriale. Euria. quid me vis Pau. aliquid noui ſcio quod et te maiorem in modū delectabit. Euria. ede ſi quid habes te vehementer rogo. Pauli. Niſi mihi quidpiam nunc dederis. te vl' breui eſſe daturū promiſeris. non edam. Euria. quod tibi modo dem aut poſthac me daturū eſſe pollicear. ſcio profecto nihil. ſi quid mihi eſſet darē hercle lubens. nunquid bene meritus ſū de te. hoc vt mihi diceres. Pau. Pro veteri amore erga me tuo id tibi memorabo. ſed ne cui dixeris mihi vt ſpondes volo. Euri. quid eſt eloquere mihi. nulli prorſus idem eſſe dicturum profiteor. Pauli. Accepi nos hodie libertatem habituros. Euria. nugas garris Pauli. vera loquor. Euri. nimiū libenter audio ſermonē hunc tuum ſaltem vera narrares nihil mihi edepol foret iocundius auditu. Pauli. Si ſcires vnde id acceperim dubitares minime Euria. a quo id accepiſti mi Pauline. dicito mihi te obſecro. Pau. a Pamphilo qui vt ipē noſti magiſtro nr̄o vtitur valde familiariter. Euri. Credin ſibi: Pau. quid non credā: haud mihi mentitus eſt vnq̄. Euria. Falſiloquus eſt. nā me ſepenūero fefellit. Pau. mirū. me nunq̄ adhuc ludificatꝰ eſt. Scin cur ſibi crediderim: Euri. cur: Pau. Id ne cui diceret magiſtrū prohibuiſſe aiebat. Euri. iam mihi apud te fides eſt. bene eſt. ſed quid nos facturi ſumus. Pauli. abibo. Euria. quorſuꝫ Pau. domū. Euri. quid negocij tibi domi eſt. Pau. ſunt mihi globuli in armario. illos huc ferā tecum vt ludā. Euri. mane mane pocius. Pauli. quā ob rē. Euria. tardiuſculus es. priuſq̄ reuerteris aliquot peregiſſemus ludos. Pau. quid ais fatue.

BIBLIOTHECA
188
PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0006-2

qui cum mihi ludendū eſt cum globuli me deficiant. Euria.
Eccum petronium is multos habet in marſupio globulos
decem et octo vendit pro obulo. hos emito potius. longum
nimis iter eſt ad patrias edes. Pau. Recte quidem ſuades ſed
nullus mihi obulus eſt. Ibo igitur ſed ne abeas priuſq̄ ad te
venero. operire me hic iã adero. Euri. operiar ſed quid ceſſas
migrare. propera ire. et reuertere q̄primū. en Baccalarius iam
venit latinum expoſiturus ⁊ remiſſionē daturus. hic ergo cuz
Petronio tantiſper manebo dum redieris. Petroni quid hic
nunc agimus. Euria. que tu vis volo. Petro. ſero fortaſſe re-
dibit paulinus. eſtimabat quidem ſe mature ſatis eſſe affu-
turum. ſed longe eum ſua fefellit opinio. Petroni ludamus
interea temporis. Euria. vt lubet. Petroni. depone duos glo-
bulos totidem ipſe ponam. Euria. faciã. ſed quis noſtrū in-
cipiet. Petroni. incipe tu. ego ſequar. optime eſt. heus tu. Euri.
quid vis. Petroni. aſpice q̄ bene tangã prime linee globulum.
Euria. quia te iactitas res ipſa indicabit quid poſſis. Petro.
Iã experire quid valeã. Euria. ah ah he nequeo hercle ah ah
me riſu meo moderari. Petroni. quid rides adeo? Euri. eã ob
cauſaz q̄ prime linee tetigiſti globulū. Petroni. Facile eſt irri-
dere quēpiã ne ride nimiū te oro. caueto mihi ipſe ridendus ve-
nias. extorque modo vt iã videã quantū tu artis habeas Eu.
ſaxeū tuū tangã. Petroni. ſi videro credam. Euria. primū fa-
teor ludū lucratus es. alterū proculdubio non lucrabere. ſed
paulinus iã redit operiamur donec aduenerit vt tres noſtrum
ludant pariter. vulgare eñ prouerbium eſt. quo numeroſior
ſodalitas eo maior felicitas. Euria. probe ais. id et mihi vehe-
menter placet. dudum optatus aduenis Pauline. alterum iaz
ludum incepturi te expectamus. Pauli. actum bene eſt. ludam
vna vobiſcum q̄lubenter. multum mecum attuli globulorū
Euria. ob id quia ſciuimus te eſſe allaturū preſtolati ſumus
minuam tibi numerum globulorū. Pauli. mihi forſitan ſors
mage arridebit q̄ tibi. Euria. Experiamur igitur viciſ-
ſim vter noſtrum ſit melior. ſinite me ergo primum extor-
quere globulum. Petroni. ſino hac lege vt te ſequar. Pauli.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0007-7

nō aſſētioꝛ ſecūdꝰ vt ſis Petro.cur nō mi paulie.Pau.rogas ⁝
an neſcis nouiſſimū deterioꝛes ſꝑ in ludo habere ꝑtes.Petro.
moꝛē mihi gere te iterū atꝫ iterū rogo.Pau. nō gerā tam mihi
meum lucrū ꝙ̄ tuum tibi charū eſt. Petro.fac amabo. Pau.
quid obtundis ⁝ ſemel dixi tibi me id non eſſe facturum. quid
opus eſt multis. ⁊ ipſe mauelim eſſe pꝛimus. Vetus em̄ illud
⁊ populare verbū eſt. tunica pallio eſt pꝛopioꝛ. Petro. peni-
tebit te (crede mihi) penitebit te plurimū. ꝙ mihi ꝓ hac dum
taxat vice non fueris obſecutus.ego etiam tibi poſthac (nulla
in re auſcultabo ).Pau.fac vt lubet.Petro. vltimus ne fias lu
cro bene circumſpicito .Pau.quid ad te.ſi quidpiam perdide
ro nihil penitus damni tibi inde accidere poterit.Petro.recoꝛ-
dare ſaltē quid tibi dixerim Incipe Euriale.Euri.duos hercle
pariter tetigi.Petr.non duos.Euri.non vides a loco ambos
eſſe amotos.Petro ventoꝛum ſpiramīe amoti ſunt non tactu
tuo.Euri.fateare verum pauline vidiſtin ⁝ Pau. fateboꝛ vidi
Petro.ꝙ̄ falſus es.Pauli.ſic eſt. Petroni. quid ais nugatoꝛ ⁝
cenſes ne me tecū eſſe ⁝ Euri.tace modo tace ſat habes litigij
pꝛo vno globulo.aperi oculos ⁊ perſpice ſane. iam terciū tan-
gā.Petro.reris me eſſe daturū tibi hunc. Euri.quid ni. Nam
paulinꝰ mihi teſtis eſt ꝙ lucratꝰ ſum.Petro.mihi eque ac ſibi
credendū eſt.Euri.quid tum me vis facere ⁝ Petro. vnū queꝫ
tetigiſti vt obſerues.alterū vero vt deponas. Euri.rurſus de-
ponā ⁝ male ſanus eſſem id ſi facerem.Petro.niſi feceris au-
feram tibi omnes.Euri.vnum etiā mihi vt auferas caueto.
cū tuo magno malo.Petro.minaris ⁝ quid mihi facturus es
furcifer ſi abſtulero ⁝ me foꝛſitan dabis neci.non eneca me ho
die in craſtinū vſqꝫ mihi vitā vt faueas.te etiā atqꝫ etiā ꝑ cle-
mentiſſimum oꝛo deum.Euri. Noli me laceſſere tibi ſuadeo
Petro.ſine me adhuc pauxillum viuere. Euri.iterū te moneo
moleſtus ne ſis.Petro. inhibebis foꝛſan ne quidꝙ̄ eloquar.
Euri. niſi tacueris cohibebo tibi os impudens. Petro. ſi ali-
quid habes audacie digito parumper tangito miſer. Euria.
qua me cauſa verberas ⁝ Petro.quia mihi libitum eſt . ex me-
rito etiā tuo.Euri.ohe hei.memēto huiꝰ facti penitebit. Petro

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0008-3

Iā lachrimas oīm audaciſſime. ſiccine mihi os cohibuiſti ? adſitis iuuenes adſitis aucilla lachrimat. Pau. id ne pudet te ꝙ tā cito luges. ſiſte lachrimas Euriale. venito vna mecū ad baccalariū. qui poſteaꝗ̄ rem ſibi omnē vt acta eſt narraueri mus. virgis eū cedet. Pe. Ite in malā crucē. ſed mihi pſuadeo baccalariū qui me plurimū et dilexit ſemp̱ et amauit non eſſe facturū oīa pro arbitratu veſtro. eſto me accuſaueritis. quo me pacto excuſem noui optume. nunc domū eo. ibidē dū hec e memoria exciderint permanſurus. vos ite accuſatū ite. parui enim facio delationē veſtrā.

## Eurialus Paulinus Baccalarius Cuſtos.

Erudite baccalarie Saluete. Bacca. ohe Euriale quid fles ? qd dolet tibi ? Euri. paucis vos alloquar mihi fauete queſo Bacca. audacter quid vis dicito. Euri. me nimis duriter eſſe percuſſum vobis conqueror. Baccalari. percuſſum ? a quo te hortor dic mihi. Euri. a petronio. Bac. quando. Eurialus modo Baccala. quam ob cauſam ? Euri. preterit me hercle. Bacca. nihil moleſtie ſibi feceras ? Euri nihil prorſus. Bac. haud equidem credo. Euria. teſtis mihi eſt paulinus qui an ipſum aliqua moleſtia affecerim vidit optume. Baccala. vidiſtin pauline ? Pau. perdocte baccalarie vidi. Baccala. ſed vbi is eſt. Euria. abiuit. Bacca. Exploratum ne tibi eſt quo greſſum tulerit ? Euri. domi eum eſſe exiſtimo. Pauli. domi illum repertum iri arbitror. nam dum ſibi vobiſcum minarer ad patrios lares ſeſe inquit eſſe iturum. Bacca. heus adoleſcens tu ne cuſtos es. Cuſtos. Colende baccalarie ſum. quid me vultis. Bacca. petronij parentes noſtin. Cuſ. noui. optume. Bacca. noſtin etiā vbi habitāt ? Cuſ. ad macellum qua itur ad odere plateam. Bacca. recte ais. eo curſita. viſe an petronius domi ſit. ꝙ ſi eum offenderis accerſe. ⁊ eueſtigio ad me vt veniat ſibi nomine meo dicito. Cuſ. faciam vt iubetis. Bac. vt rationem habere poſſis vbi me locorum conuenies templum ingredior. tu hic mane ⁊ dū petronius aderit mih-

continuo vt narres te hortor. Euria. oro atq; obſecro vos nolite abire. paululū more nō ſit vobis moleſtū. ſpero equidē illū per vos accerſitū iā nunc eſſe affuturū. Bac. nū quod ipſe velis me facere oportebit. tui ne iuris ſum fatue. Pau. Cohibe liguā euriale et ne tibi ſuccenſeat caueto. ſine ipſum abire. mos ſibi gerendus eſt. Euria. Sed vereor illum dum aduenerit et baccalariū hic non offenderit rurſus abſceſſurū. Pauli. hoccine times ? Euria. iſtoc. Pauli. eſt mihi vtiq; tantū viriū vt illum cuſtode adductus detineā. ſed eccum video. abi cito. accerſe baccalarium. Euria. eo propere. tu da operam ne aufugiat. Pau. abi intro petroni baccalarius iā aderit. eamus nos quoq; intro cuſtos. Petro. quid ni ingrediar. Pauli. non ſit tibi ſaltē mora longa ſentiſces confeſtim. Petro. mēs mea mihi hoc pſagibat. metuo edepol mihi eſſe venturū aliquid maximi mali. Pau. quid ceſſas ire intro. Petro. audacter imperato faciā quid voles. quid magis me vis facere preceptor ? Pau. proterue quidē loqueris. ſed eccū baccalariū video. progreditur extemplo foras. Petroni. eſto veniat. nuſq̄ fugiā. Bacca. Que te mala crux agitat ſceleſte. qua fiducia auſus fuiſti eurialum verberare : nunquid memoria tenes ꝗ quid priuſq̄ libertatē vobis dedi vetuerim ꝗ ne quis alteri non facto ſolum verumetiā nec verbo aliquid moleſtie iniurieue faceret. meministin hortaminis mei ꝗ Petroni. Chariſſime dn̄e baccalarie memini quidem. ſed falſa memorat eurialus nullo quippe eū digito attigi. Baccala. negas ꝗ Petroni. nego hercle vero et per Jouem iuro me ſibi nihil prorſus feciſſe ſed ipſe me falſo ſemper cōpellat noīe. aſellūq; vocat. Pau. ah ne nega. multis equidem perſpectum eſt quid me egeris. Petroni. Non negē cū nihil tibi mali vnq̄ fecerim ꝗ Euria. verbis audio confidis te impune eſſe euaſurum. digito fateor vno non me contigiſti verū pugno me vehemēter percuſſiſti vt mihi dentes pene exciderint. Bac. hem. nouas rurſus me preſente incipitis lites. litigare nolo ego vos. nil verbis opus eſt. ediſſere euriale quo te percuſſit. Euri. ad malā hanc dexterā. Bacca. mage profecto rubz leua q̄ intumuit quoq; pauper. vidit ne quiſpiā Eu

paulinus vidit. Petroni. perchare baccalarie nō adhibete fidē paulino maxiopere vos rogo atꝫ oro. odit me plurimū. et ꝗcquid culpe ipſe cōmittit in me conijcit. Bac. ſiccine eſt. Petro. ſic eſt. Bac. Nū plurimi aderant. Euria. cōplures. Bac. illos mihi adduci volo vt quid factū ſit eorū confeſſione intelligā Euri. Niſe tu itidē ludo interfueras. Bacca. niſe. Niſ. adſum Bac. perge dicere verū ſi falſa dixeris excruciabere virgis in modū mirū. Ni. que vidi dicā oīa. Bac. loquere mihi vidiſtin ꝙ eū verberauit? Ni. vidi. Bac. quapropter. Ni. quid cauſe fuerit nō queo cōminiſci. ſed hoc quod teſtificatus ſum ꝓfiteor: vidi. et dū eū afflictaſſet pleriqꝫ oēs confluerant acciti alta voce petronij clamitātis ad ſitis iuuenes ad ſitis Euria lus eiulat. Bac. quid tū poſtea. Ni. preterit me. nā hinc abij. Bac. audiſtin hec inique. ſatis iā teſtimonij ⁊ ſignorū habeo aſſer virgas cuſtos ⁊ eas quidē lentas. nā que arent proſiliūt cito. Petro. chariſſime dn̄e baccalarie ignoſcite mihi per pientiſſimū vos oro deū hei ignoſcite. ſi quid imprudens deliqui poſthac non faciā. Bacca. ignoſcā? plenus malicie es. noui ego te optume. omniū edepol es iniquiſſimus. trahatur. vos corripite eū pedibus. et tenete duriter. Petro. Hoi hei hoi hei o dilectiſſime baccalarie parcius me corrigite vos maiorē inmodū rogo hoi hei parcius corrigite. Bacca. ſurge modo ⁊ abi in malā rem. ſi olim percepero ꝙ quempiam leſeris non modo femur ſed ⁊ dorſum tuū virgis deſpoliabo. Euria. o nimis factū bene.

# Julianus Marcellꝰ fratres Baccalarius.

Quis me ſcolaris eſt hodie infelix magis? quidquid globulorum pridie lucratus ſum. id totum vna ferme hora amiſi proch pudor eſt. ſed tu perchare frater fer mihi opē. Marcel. quid optas ex me. Julia. ſex mihi dumtaxat da globulos nā illis confido me quos perdidi omnes denuo eſſe lucraturum Marcel. ⁊ me globuli eque ac te nunc deficiunt. Julia. ſis mihi auxilio ſi potes te iterum rogo. Marcel. Nihil preſidij

abs me habere potes frater. Juli. me miſerum et infortunatū
hodie hominē. concedaȝ ergo domū ſitio enim nimiū. Mar.
⁊ mihi fauces arent pre ſiti. edere tamen mauelim ꝙ bibere.
Juli. Sequere igitur me germane. ⁊ quod edamus ⁊ bibamꝰ
offendemus proculdubio. Marcel. J pre. ſequar. ſed mihi in
mentē venit ꝙ baccalarius ſero vetuit ne quis de cimiterio ab
ſcederet. mos ſibi gerat̄ oportet. ipſi noſti ꝙ nemini parcit. in
cōmodi ſi quid tibi inde euenerit id non erit culpa mea. Juli.
ꝓbe quidē id narras adibo eū. ſed vbi eū cōueniā neſcius ſum
Mar. Jn ſcolis ipſuȝ reperies. en foris crepuit nil ambigo quī
exit foras. Juli. Jbo ⁊ viſam ſed certe ipſus eſt. tu hic preſto-
lare. Mar. preſtolabor. ſed mei etiā vt memieris te rogo. Juli.
conſenſu veſtro domū cū fratre vt ambulem vos magnopere
queſo. Bacca. mane fugitiue mane nō ſinā vos abire data ē
vobis libertas ludendi non vt ad patriū vos larē conferatis
verū hic inter ludendum latina verba loqueremini. Juli. La-
tina ſemꝑ famur. Bac. q̄d rei eſt ꝙ domū ire ꝓperatis. Juli.
ſitimꝰ admodū. Bac. Non credo in vobis tā magnā eſſe ſiti
quin ad pulſum vſq; veſperarū abſtineatis. Juli. non queo
certe me tēperare. Bacca. quod tibi dixerim audiſtinꝰ: mane
Juli. ehei fauete nobis chariſſime baccalarie. fauete vos etiaȝ
atq; etiā rogo. Bacca. Jte ſed hijs legibus vt dū ſitim depo-
ſueritis continuo reuertamini. Juli. reuertemur ocius. Mar.
obtinuiſti veniā abeundi. Juli. Difficulter licet obtinui. tamē
hoc pacto vt repetamus ſcolas ꝙ̄ primū. Marcel. Curramus
hinc propere vt domi aliquantiſper remoremur. Juli. fiat ve-
rū ipſe eſurio auide. Marcel. tanta in me fames eſt vt inteſti-
na mihi dudū immurmurent. metuo nos nihil cibi eſſe inuen
turos. Juli. Spero nec cibū neq; potū nobis defuturū ma-
ter ſaltē domi ſit. Mar. quid ſi abijſſet alioꝛſum. Juli. Soror
anna clauem habet ad penū ⁊ cellā vinariam. Mar. nec ger-
manā domi eſſe cenſeo. nā bubulā carnē emptura vt ad cenā
torreatur ad macellū forſitan iuit. Juli. male me ſolaris fra-
ter. eſto oēs abierunt pane ⁊ caſeo contentus ero. armariuȝ
cultello aperiā. tenuis item potus non deerit. ſed apertas no-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0012-5

ſtras edes cōſpicor. domi certe ſunt. quid ceſſam⁹ currere? eccā ſororē in limine puulā. ꝑpera modo. Mar. video: mihi videre genitricē noſtrā. Juli. optime eſt. arbitror ꝓ voto noſtro reſponſura eſſe omīa. Mar. Faxit deus.

# Magiſter Baccalari⁹ Paulinus Lentulus.

Ma. Baccalarie. Bacca. mgr̄ quid abs me vultis vobis fieri? Ma. vbi nam Lentul⁹ laniј filius euagat̄. in iſto ſcolaſtico cetu ipſuȝ nuſq̄ȝ video. Bac. Nec ipſe vbi locorum ſit ſcio hodie mihi viſus non eſt. timeo q̄ nondū experrectus dormiat. Ma. hem ipſuȝ tantiſper dormire arbitramini cū ſol iādudū illuxerit. adeon ſomnolentus eſt? Bac. immo quidē arbitror. nā indies tarde venit ad declinationē. Ma. Jd non poſſum non vehementer improbare. genitor ſuus vir ſane optimus. quo etiā multos iam annos familiariſſime ſemꝑ vſuſſum me rogauit vt cōmonefacerē vos vt tantū cū ei⁹ gnato diligentie feceritis ne daretur neglectui. ſe quoq̄ȝ vobis plus preciј daturū eſſe ſpoſpondit. Bacca. Darem quidē operam libens. ſed genitrix ſua eum domi detinet nec vllo die ipſum ante ſolis ortū ſurgere ſinit. Ma. Vetus hoc vicium eſt quod non Vratiſlavie ſolū. verumetiam alibi terrarum cōmittitur vtpote q̄ preclare indolis pueri ſepenumero matrum deperiunt blandiciјs. adeo vt non modo nihil opere faciant in litterarum inquiſitione ſed nec earum ſunt cupidi. eo fit vt raro docti ſub patrio lare educantur liberi. dum preſertim molli matronarum fouentur amplexu. ab animo meo nondū excidit. Jllud platonis in ſeptima epiſtola ad amicos ⁊ propinquos Dionis ſic ſcribentis. Nemo omniū qui ſub celo ſunt ſi in huiuſmodi corpore ab adoleſcentia nutriatur. q̄uis natura mirabili ſit vnq̄ȝ tamen prudens euadet. Baccalari. probe quidem dicitis. ſed hunc inueteratū errorem nulla vnq̄ȝ abolebit etas. Ma. Error iſte mulieruȝ venit ingenio. queȝ tunc poſthabituri ſunt quando polus in terram decidet. quapropter miſſa faciam⁹ hec. Agite experiamur an e ſtrato ſurrexit

heus pauline. Pau. Venerabilis magiſter quid me vultis fa-
cere. Ma. Lentuli parentes vbi habitant noſtin? Pau. Non
noui. Ma. Scin carnarium? Pauli. optime. Ma. abi cito per
has nobis vicinas lanienas ⁊ domū que piſtori eſt proxima
ingredere. cunqꝫ tibi eo peruentū fuerit. parentibus ſuis no-
mine meo proſperum diem dicito. Dein roga vbi eorum ſit
gnatus? quid agat? quam etiam ob cauſam hodie ſcolas
non petiuerit. Pauli. faciam vt iubetis. Magiſ. vos vero bac-
calarie ſi vobis illum adduxerit me certiorem facite. tem-
plum ſubeo. Pauli. heus heus. Ancil. Ecquis illic eſt. Pauli.
aperite mihi abſqꝫ mora. Ancil. quis noſtras fores tumultu-
anti ſonitu pulſat ſanus ne es? vis ne cardines cum foribus
infringere. Pau. heus heus aperite. Ancil. operire paulū do-
nec depoſuero peſſulum. que te inſanie agitant fatue ꝙ tam
importunus pulſas. Pauli. Saluete nolite ſuccenſere. me mei
magiſtri iuſſa exequi oportet cito. Eſt ne hoſpes domi vel ho
ſpita. Ancil. quid tibi vnq̄ fuit aut nunc eſt cū illis negocij.
Pauli. perlubet eos paucis alloqui. magiſtri mei precepto. An
cil. hoſpes bouē mactaturus iuit ad macellū. hoſpitā in tēplo
diue Elizabet offendes reor. nam eo ſe iturā eſſe dixit. Pauli.
Et quorſuꝫ iuit Lentulus. Ancil. eho de lentulo rogas? dor-
mit. Pauli. Solet ne dormire tamdiu. Ancil. Is ſibi mos eſt
quotridie ad ſummū vſqꝫ cubare meridiē. Pauli. Eius mihi
cubiculū indicate vos rogo. Ancil. aſcende gradum hunc. a
leua videbis armariū quod penes eſt hoſtulum. ſolue peſſu-
lum ⁊ intro. Pauli. eho Lentule dormis. non audis lentule.
ſurge lentule ſurge. ſtertit certe adhuc ſtertit. Lentu. Quis me
vocat? quis me nominat? Pauli. rectoris iuſſu ad te venio
ſcolas vt mecum peras. Lentu. ſerio id ne dicis. Pauli. Serio
inq̄. Lentu. O mi pauline ſuccenſet ne magiſter plurimum
Pauli. Non ſatis exploratum habeo an tibi ſuccenſeat vehe-
menter. ſed hoc tibi perſuade ꝙ non eque nimis fert iſtā tuaꝫ
ſomnolentiā. Lentu. Credo tibi iſtoc Nunquid etiā mihi mi-
natus eſt. Pauli. Non hercle. Lentu. paueo intus. dormiens
em̄ ſomniaui id mali. quid mihi faciendū ſuades? Pauli. vna

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261256-p0014-6

mecū vt continuo ambules. quod ſi non feceris mgr̄m magna afficies ira in tuū maximū malū. Lentu. I pre ⁊ me eueſtigio eſſe venturū dicito. Pauli. ſine te nuſq̄ eo. indue camiſiam et tunicā. Lentu. accipe palliolū meū ⁊ deſcende. Pauli. tu me ſequere. Lentu. aquā interea funde in peluim vt lauer. Pauli. Faciā ſaltē ne demoreris me diu. Lentu. Jam ſequor te. eſt ne tibi pecten Pau. eſt. Lentu. linque hic vt pluuias depectē. Pau cape tibi eū hei tardus es nimis. Lentu. Eamus. Pauli. Num illotus ibis? Lentu. In cubiculo pauculū aque repperi hac me laui. palliolum da in collū id vt coniiciam pergamus hinc. Dico tibi pauline q̄ mihi in modū mirū timeo. Pauli. ne formida. Lentu. totus intremiſco. Pauli. quid adeo extimeſcis dic te non lubenter obdormiuiſſe. ⁊ poſthac mane ad ſcolas ſemper eſſe venturum. nil dubito quin tibi pro hac vice ignoſcet. Lentu. Probe conſulis pauline vtinam mihi crederet. Pauli. Credet proculdubio. Baccala. Eccū video. tu pauline abi ⁊ magiſtro lentuli preſentiā narrato. tu vero tantiſper dū rector aduenerit hic ſede. Magiſ. eho lentule que res te tam mane ad ſcolas ire compulerit. non poſſum non vehementer admirari. aurora nondū in celo rubeſcit et tu iā tanta auiditate doctrinam hauris. O mirū huius pueri in bonas artes ardorem O laudabilē tam ſtudioſi ſcolaris conſuetudinē. hoccine tuū ſtudiū eſt? non priuſq̄ ſol mediū iam axem attigerit e ſtrato ſurgere. rebar te omniū ignauiſſime iamdudū vna cum aliis declinationi interfuiſſe. Verum cum de te rogarem ſolus in tanto conuentu aberas. O iners omnium pigerrime Baccalari⁹. etiā ait te rarā in actu matutino eſſe auē. quid exiſtimas ſtolidiſſime te aliud ex tā longo ſomno preter mentis hebetudinē eſſe deportaturū. a nimio enim ſomno corpus macreſcit ſenſus hebetant̄ ſtomachus fluore tentatur et caput ⁊ cerebrū grauat̄. tēperatus vero mēbra corpis diurno miniſterio grauata a laſſitudine ſubleuat. ſtomachi calorē auget. aīm purgat. Quare nihil mirum q̄ tam pigui ⁊ obdurato ſis puer ingenio. quid fles? memineris velim te non ad ſoporem eſſe progenitū. proch pudor florentioris etatis tēpus oīe pigra-

dormitatione deducis. ipſeq; ſomno peris penitebit te iſtiuſ-
modi ignauie. Nã quanti ſit ſapere non accipis modo. Ve-
rũ poſteaq̃ grandior eris natu admonitionis mee crebro etiã
gemitu ⁊ longa penitudine recordabere. cũ preſertim videbis
hoſce qui te diligentiores extiterunt in clariſſimos euaſiſſe vi-
ros ⁊ abs indocta plebe tanq̃ patrie lumina coli ⁊ obſeruari
te quoq; rerũ ignarũ in indocti vulgi contione cõſtitutũ floc-
cipendi. Preterea quo plus glorie ⁊ laudis illos ⁊ habere. pa-
rentibus quoq; ſuis attuliſſe. perſpexeris. eo plus etiã triſticie
et penitudinis cocipies. te nec amicis. nec cognatis ſolamini
et ornamẽto fuiſſe. me ſaltẽ miſeret patris tui et matris hone-
ſtiſſime feie cũ quibꝰ mihi ſumma neceſſitudo intercedit. dies
nocteſq; tuo ſtudent cõmodo. nihilq; gratius eis fore ſcio q̃
tuã in liberalibus artibus eductionem. quatinus abs te vni-
co eorũ gnato. nonnihil haberent honoris magnã ſenectutis
ſue nutricẽ. Sed quid multis moror. pectus quod magna ni-
mis obſtinatione obduruit nullis prorſus molleſcit amicis
hortaminibus. Lentu. venerabilis dñe magiſter. fateor quidẽ
me ſuperioribus illis diebus paululum ardoris erga egregias
artes habuiſſe. ſed iam me diligentiorem fore promitto. iuſſa
veſtra capeſſam ⁊ q̃diligentiſſime exequi curabo. Baccala-
riorum quoq; preceptis parebo vnum hoc mihi ignoſcite ve-
nerabilitatem veſtram per vltra mundanum oro deum. Ma
giſter. Jampridem te plus opere eſſe habiturum ſpoſpondiſti
ſed me verbis ſemper fefelliſti hactenus. fiduciam tuam for-
taſſe oĩez. vt pleriq; omnes faciunt diuitũ liberi. in paren-
tũ diuicijs collocaſti. Satq; tibi pro huius vite ſtatu eſſe re-
ris dũ tu vnicus tante opulentie heres ab inerudito vulgo.
quod opulentũ queq; honorat. venerabere. falleris edepol fal-
leris ſtultiſſime puer Nemo enĩ ob diuitiarũ copiã merito ho
norãdus venit. q̄ ſi ignobilis plebs more ſuo te nõ ſcia. ſed ere
locupletẽ colit et obſuat opes tuas ãmirari videbit̃ qđ turpiſ-
ſimũ eſſe ſcribit ille Athenienſis Academie princeps plato
in epiſtola ad Dioniſiuz Siracuſanũ. Si vero doctus et ſapi
ens quod minime arbitror. tibi rerũ ignaro aliquid honoris

opū gracia exhibuerit. vtriqꝫ erit infamia. tibi quidē qm̄ nihil dignū reuerētia in te habes. Illi vero q: diuicias colere censebitur. qđ ꝙ ꝓcul ſit a ſapientū officio pterit nemiem. Sola aūt ſcientia et virtus cognitū hn̄t honorē ⁊ verum decus nihil ꝑfecto ad cumulū veri honoris ex diuitijs accedit. accipis hec ? Lentu. Accipio doctiſſime pceptor. pro ſumma vr̄a in parētes meos beniuolētia vos rogo parcite mihi. que deinceps vos velle intellexero om̄ia ſtudioſe diligēterqꝫ faciā. Cras in primo diluculo huc me recipiā. Magiſ. Cras dicis Dic mihi cras iſtud Lentule qn̄ venit Cras hoc perſpicaci etiā minerua adoleſcentes ſepenūero indoctos fecit ſenes. qui ſi didiciſſent hodie. venerabilē ⁊ iucundā ducerēt ſenectā. Craſtinū tibi ꝓmittere nolito. cū nihil certi habeas an ad veſperū vſqꝫ ſis victurus. Siqđ hodie didiceris. cras te oblectabit ſane plurimū illi⁹ meminiſſe. Lentu. Colēdiſſime pceptor monitis vr̄is obſequar lubēs hoc ſaltē ignoſcite. Ma. tāetſi id nō ſis merit⁹ ignoſcā tn̄. his ſed legibus vt in diluculo vt pollicearis ſcolas petas. nullūqꝫ prorſus tp⁹. ocio ⁊ ignauia deducas. Lētu. faciā venerabilitati quoqꝫ veſtre gr̄as habeo immortales. Ma. Abi ergo nūc impune. ſed ne mihi poſthac arguēdus venias te hortor caueto.

¶ Cirillus Pamphilus.

Quo ꝑperas Pamphile ? Pam. ad forū pergā. Ciril. quid in foro actur⁹ es ? Pam. Socer me⁹ heſterno veſperi duos mihi dono dedit obulos. vnū pro pane albo. alterum pro butiro vt darem. Ciril. tecum vt ambulē ſine. Pam. ſino ſed nullus tibi obul⁹ eſt? Ci. ſunt mihi tres hos. ſi tibi lubebit. tuis adiūgam et nobis aliquid cibi pariter ememus. Pam. bene eſt vt voles placet mihi optume. Ciril. qđ vero emendū eſſe cenſes ? nuces auellanas ? an gallicas ? vel botros potius ? heri duos comedi. mirum dictu eſt ꝙ dulces guſtu fuerant. Pam. vnde illos accepiſti ? Ci. emi. Pam. quāti. Ci. q̄ttuor obulis. Pam. vereor eos nondū eſſe maturos. Ci. maturi ſunt ⁊ ſuaues intātū vt ſuauiores eſſe nequeāt. mel mihi lingere videbar. Pam. fallis me. Ci. nō fallo. nō ſoleo hercle garrire nugas. Pam. vn̄ adduci ſunt tam cito non ſatis mirari queo. Ci. nihil tibi certi me-

morare valeo ſed arbitror de nouo foro vbi plurimi ſunt hor-
ti vitibus cōſiti. vēdidit illos vna anus ſedens in curru corbi-
bus pleno Pam. nil heſito quin om̄es iā vendiderit maueli al
bū panē cū butiro piguē. nā adhuc mihi cordi eſt. ꝙ mgr̄ oēs
inquit arborū fructus hoc anno inſanos eſſe. Ci. fac vt lubet
ſed nuſq̄ꝫ reperies ſimilā calidā. Pam. Tentemꝰ inter paſtores
ſi quis modo pinſit. ⁊ in fornacē poſuerat. illas dū adhuc fu-
mant ememus. Ci. ſed butiro etiā nobis opꝰ erit. Pam. būtiri
nō memineris veli. ſat buturi nobis erit. dū albus nos panis
nō defecerit. Ci. die Saturni ientacula pinſere ſꝑ conſueuerāt
piſtores. naribus certe ſentiſco piſti panis vaporē. Pam. ⁊ ipſe
odoro optume. nō lōge fumū eſſe reor. Ci. hic ꝓpe eſt. ibo intro
ſequere me propere. pinſit profecto viden ? Pam. video. Ci. abi
cito. et butirū pro tribꝰ obulis emito. ip̄e hic manebo dū reuer-
taris. Pam. multū butiri affero cirille. Ci. quāti emiſti. Pam.
vnā anū fefelli. Ci quo modo? Pā huic q̄a caligarūt oculi tres
pro quattuor dedi et continuo aufugi. tāq̄ꝫ celeriter inde cucur
ri ꝙ ſuſpiria vix duco. in curſu pene concidi. ſine reſpirē pau-
culū queſo. Ci. requieſce q̄ꝫ diu lubet. probe feciſti mi pamphi-
le ſi quid ſuperit id ad craſtinū ſeruabimꝰ. Pam. craſtini ne re-
corderis. eſurio ſupra modū. vacuus mihi venter vehementer
crepitat. Non ero contentus pane. viden ? placētā in leuo for
nacis latere ? Ci. video. Pam. hanc quāti piſtor eſtimat rogas
Ci. dudū rogaui aiebat ſe pro ternario non daturū eſſe. Pam
carā ꝑ ternario reris. Ci. caraꝫ certe quia eo caremus. Pam.
Eſt mihi adhuc ternarius vnus in crumēa. cape hunc ⁊ pla-
centā eme. percupidus em̄ ſuꝫ comedēdi illius. Ci. Faciā lubēs
Pam. volo hāc butiro large vt iniungas. Ci. tecū vis edā. Pā.
volo ꝙ hic in piſtrino faciamꝰ libamē. reliq̄as ad ſcolas fere
mus optimi ſaporis eſt placēta. Ci. ip̄e iā ſatur ſuꝫ. Pā. q̄d ſa-
tur ? ego vix famē ꝓuocaui. haſce ſimilas eque edā ac placētā
Ci. tā auidus cibi es. vora in maximū tuū malū. Pam. maledi
cis mihi ? nunq̄d ip̄e ternariū dedi. Ci. nō maledico ſed ſuccen
ſeo ꝙ ſiti ſiccus ſum. Pam. preſtolare paulū donec has deglu
tiero mecū ibis. potus non deerit nobis. Ci. quorſuꝫ ituri ſu-

mus. Pam ad ſcolas. Ci. nihil ibidē qđ bibat offendem⁹ Pā. ipſe etiā bibere mauelim q̄ edere. Ci. venito vna mecū ad patris mei edē. tenuē heri coqua emit potū hunc potato. Pā. Sero nimis ad ſcolas timeo reuertemur. Ciril. mature ſatis. perge iſtac perge in me nulla mora eſt.

# Paulinus Pamphil⁹ Lentulus.

Cuſtos Baccalarius.

Vbi nūc ille ſcolaris eſt. q̄ cibū mihi attulit? Pam. Quid tibi illo opus eſt Iſtā carnis porcine porciunculā ſibi dabo. ne fruſtra ſeſe mihi ſeruiuiſſe cōquerat. Pau. mictū arbitror iuit vel cacatū. nā mihi de ponte eunti obuiā venit. Pam qui cum: Pau. nō noui hercle alterū iuuenē. is rubeo palliolo tectus dextra ſportulā plenā. leua v̄o amphorā vratiſlauiēſis cereuiſie ferebat. Pam. ad hortos certe ⁊ pomaria iuit. vtinā comes ſuus eſſem. Pauli. quid voluptatis tibi iā in horto foret non ſane perſpicio. cū nullibi terrarū fructus iā matureſcant. Pam. rogas? num audiſti noctu ventorū tēpeſtatē. per quos decuſſa ſub arboribus multa iacere poma noſtra dixit ancilla. vtinā ſecum in caniſtra legerē. Pauli. Hinc nullo iam pacto effugere poteris. Pam. Scin quid mihi modo in mētē venit? Pau. dū dixeris ſciam. Pam. nūc q̄ maxie opus eſt dolis fingā me iturū ad opus nature. vel ad patrē abiturū. ſi tibi aīo inſederit mecū ire. a baccalario ⁊ tibi ⁊ mihi fauorē accipiā. Pan. ꝓbe ſuades mi pauline. ſed eccum cuſtodem. Cuſtos. pauline magiſter iubet ad eū vt venias q̄ꝓrimū. Pau. ſiccine ais cuſtos. Cuſ. cenſes me commentū eſſe hoc? Pauli. ſuccenſet ne. Cuſ. non exploratū habeo. ſed per gradū dū deſcenderet accerſe ad me inquit paulinū. Pau. Auſculta mihi. Pam. quid me vis. Pau. cape interea carnē hanc ⁊ ſcolari ſi aduenerit dato. acciuit me magiſter ad eū ꝓpere vt eā oportet. Pam. capiā equidē ſed hac lege dū cito reuerſus nō fuerit ipe vt edere queā. Pau. aſſentior ſed vt librū mihi ſeruato. Pam. vbi nā locor̄ is eſt? pau. num hic vides? Pam. nuſq̄ hercle conſpicor. Pauli. me miſerū. amiſi librū ſurge. ſine me perſpicere an ſub te iaceat ſi

forte de ſcamno decidiſſet. Pam. ſurgā lubens ſaltem ne fur-
